

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Titi Livi Ab urbe condita libri

Buch VI - VIII

Livius, Titus

Berlin, 1924

Periochen

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-2369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-2369)

## PERIOCHAE.

### EX LIBRO VI.

Res adversus Vulscos et Aequos et Praenestinos prospere gestas continet. quattuor tribus adiectae sunt: Stellatina Tromentina Sabatina Arniensis. M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum obstructos aere alieno liberaret, nexos exsolveret, crimine adfectati regni damnatus dei saxo deiectus est; in cuius notam senatus consultum factum est, ne cu de Manlia gente Marco nomen esset. C. Licinius et L. Sextius tribuni pl. legem promulgaverunt, ut consules ex plebe fierent, qui ex patribus creabantur, eamque cum magna contentione repugnantibus patribus, cum idem tribuni pl. per quinquennium soli magistratus fuissent, pertulerunt; et primus ex plebe consul L. Sextius creatus est. lata est et altera lex, ne cui plus quingentis iugeribus agri liceret possidere.

### EX LIBRO VII.

Duo novi magistratus adiecti sunt, praetura et curulis aedilitas. pestilentia civitas laboravit, eamque insignem fecit mors Furi Camilli. cuius remedium et finis cum per novas religiones quaereretur, ludi scaenici tunc primum facti sunt. cum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tribuno pl. propter dilectum acerbe actum et T. Manlium filium rus relegatum sine ullo crimine, adulescens ipse, cuius relegatio patri obiciebatur, venit in cubiculum tribuni strictoque gladio coegit eum in verba sua iurare, se non perseveraturum in accusatione. tunc omnia pretiosa missa sunt in praecaltam voraginem urbis Romanae; in eam Curtius armatus sedens equo praecipitavit; (ita) expleta. T. Manlius adulescens, qui patrem a tribunicia vexatione vindicaverat, contra Gallum provocantem aliquem ex militibus Romanis in singulare certamen (descendit) eique occiso torquem aureum detraxit, quem ipse postea tulit, et ex eo Torquatus vocatus est. duae tribus additae: Pomptina et Publilia. Licinius Stolo lege lata damnatus est, quod plus quingentis iugeribus agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, a quo provocatus erat, insidente galeae corvo et unguibus rostroque hostem infestante occidit et ex eo Corvi nomen accepit consulque proximo anno, cum annos viginti tres haberet, ob virtutem creatus est. amicitia cum Carthaginiensibus iuncta est. Campani cum a Samnitibus bello urgerentur, auxilio adversus eos a senatu petito, cum id non impetrarent, urbem et agros populo Romano dederunt. ob quam causam ea, quae populi Romani facta essent, defendi bello adversus Samnites placuit. cum ab A. Cornelio consule exercitus in locum inicum deductus in magno discrimine esset, (P.) Deci Muris tribunum militum opera servatus est, qui occupato colle super id iugum, in quo Samnites conserant, occasionem consuli in aequiorem locum evadendi dedit; ipse (se) ab hostibus circumsessus eripuit. cum milites Romani, qui Capuae in praesidio relictis erant, de occupanda ea urbe conspirassent et detecto consilio metu supplicii a populo Romano defecissent,

30 per M. Valerium Corvum dictatorem, qui consilio suo eos a furore revocaverat, patriae restituti sunt. res praeterea contra Hernicos et Gallos et Tiburtes et Privernates et Tarquinienses et Samnites et Vulscos prospere gestas continet.

## EX LIBRO VIII.

Latini cum Campanis defecere et missis legatis ad senatum conditionem tulerunt, ut, si pacem habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent. qua legatione perlata praetor eorum Annius de Capitolio ita lapsus est, ut exanimaretur. T. Manlius consul filium, quod con-  
 5 tra edictum eius adversus Latinos pugnaverat, quamvis prospere pugnas-  
 set, securi percussit. laborantibus in acie Romanis P. Decius, tunc consul cum Manlio, devovit se pro exercitu et, concitato equo cum in medios hostes se intulisset, interfectus morte sua Romanis victoriam restituit. Latini in deditionem venerunt. T. Manlio in urbem reverso nemo ex  
 10 iuventute obviam processit. Minucia virgo Vestalis incesti damnata est. Ausonibus victis et oppido ex is capto Cales [colonia deducta est], item Fregellae coloniae deductae sunt. veneficium conplurium matronarum deprehensum est, ex quibus plurimae statim epotis medicaminibus perierunt. lex de veneficio tunc primum constituta est. Privernatibus, cum  
 15 bellissent, victis civitas data est. Neapolitani bello et obsidione victi in deditionem venerunt. Q. Publilio, qui eos obsederat, primo et imperium prolatum est et pro consule triumphus decretus. plebs nexu liberata est propter L. Papiri creditoris libidinem, qui C. Publilio debitori suo stuprum inferre voluerat. cum L. Papirius Cursor dictator reversus  
 20 in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda, Q. Fabius magister equitum, occasione bene gerendae rei invitatus, contra edictum eius prospere adversus Samnites pugnavit. eo eam causam cum dictator de magistro equitum supplicium sumpturus videretur, Fabius Romam profugit et, cum parum causa proficeret, populi precibus donatus est. res  
 25 praeterea contra Samnites prospere gestas continet.

Lesarten der Handschriften nach T. Livi periochae  
 omnium librorum ed. Otto Roßbach  
 (Lipsiae MCMX).

VII 1 *vulscos*  $\zeta$ . — 2 *Tromentina*] Sig.; *promentina* die Hss. — 6 *Marco nomen*] Sig.; *manli cognomen* die Hss.

VII 8 *tunc*] *cum telluris hiatus tota ad ultimum territa patria foret, tunc*  $\zeta$  O. Jahn. — 10 (*ita*) *expleta*. T.] Wssb.; *ex plet.*, *at* oder *expletat* oder *expleta. t.* die Hss.; *et expletast*  $\zeta$ , *ita expletam* O. Jahn. — 12 *descendit*] ergänzt  $\zeta$ ; fehlt am Ende der Zeile in den Hss., *processit* ergänzt Reh. nach Liv. 8, 26, 2. — 15 *a se lata* Mg.; *sua* O. Jahn, *ab ipso lata*  $\zeta$ . — 18 *Coruini*  $\zeta$ . — 24 (*P.*) von Sig. nach einer Hs. hinzugefügt. — 27 *se* von F. Walter in der Berl. philol. Wochensch. 38 (1918) 934ff. eingeschoben. — *erupit* (ohne *se*)  $\zeta$ . — 32 *vulscos*  $\zeta$ .

VIII 6 *tunc consul cum Manlio*]  $\zeta$ ; fehlt in den älteren Hss., macht jedoch den Eindruck der Echtheit und entspricht grade einer der Zeilen des Archetypus; s. Reh. in der Berl. philol. Wochensch. 36 (1916) 1347ff. — 10 *minicia* die Hss. — 11 *et oppido ex is capto*] Reh.; *in oppido exis cales capto* die Hss.; *in oppidum ex iis captum* Sig. nach einer Hs. — *colonia deducta est* von Gr. gestrichen. — 15 *rebellissent*  $\zeta$ .